



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

Qvæstio IV. De qualitate confeßionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)

57.
Vt omittens
confiteri
excommu-
nicationem
incurtat,
debet in
omissione
peccasse
mortaliter.

Pueri ante
pubertatem
has penas
non incur-
runt.

Item causa notitia, quia per accidens est quod non possit cognosci in aliquo casu particulari actu non esse talem in sua specie, eod quod aliqua requiratur ad sui constitutionem, quæ cognosci nequeant.

Aduerte, vt omittens confiteri incurrat hanc excommunicationem, requiri vt in eâ omissione mortaliter peccet; vnde si is, qui sine dolore confitetur, id non aduertat, ita vt in eo non peccet mortaliter, non incurret excommunicationem.

Notandum communi doctorum sententiâ pueros ante annos pubertatis non incurere prædictas penas, si forte præceptum transgrediantur, consuetudine ita legem Ecclesiasticam moderante.

DVBIVM X.

Vtrum Ecclesia possit præcipere confessionem venialium?

58.

Palud. &
Sot. negant.

Vasq. &
plures alij
affirmant.
Duplex se-
sus ques-
tionis.
Prior an di-
recte.
Posterior
an indire-
cte.

59.
Conclus. 1.
non vide-
tur posse
priori mo-
do.

60.

Conclus. 2.
probabili-
ter potest
posteriori.
Vasq.
Suarez.

61.

Dubium
incidens.
Resoluitur
affirm.

62.
Quæstio
de Benedi-
ctinis.
Vasq. Azor
affirm.

NEGANT Paludanus dist. 17. q. 2. ar. 4. concl. 2. Sotus d. 18. q. 1. ar. 3. §. *neutiquam tamen*, & alij.

Alij affirmant. Vasquez q. 90. ar. 2. dub. 3. nu. 15. & plures antiquiores. Notandum quæstionem duobus modis posse intelligi: primò, vtrum Ecclesia possit determinatè in particulari per se præcipere confessionem venialium, ita vt, per se loquendo, aliquis teneatur ex præcepto Ecclesiastico subijcere materiam, quam non tenetur ex præcepto dimisso subijcere. 2. vtrum saltem possit indirectè id præcipere, præcipiendo saltem vsum Sacramenti poenitentiae, etiam quo casu homo non habeat mortalia, quæ subijciat. Resp. &

Dico 1. Ecclesia non videtur posse priori modo præcipere confessionem venialium, in hoc conuenit Vasquez supra nu. 16. & Suarez disp. 22. sect. 8. nu. 3.

Probat, quia tale præceptum esset nimis rigidum, & supra humanam fragilitatem. cum enim confessio sacramentalis requiratur saltem attritionem, & alia satis grauiâ, videretur iugum intolerabile homines per se obligare & in particulari, ad confessionem venialium, quod redditur magis graue, si obligatio sese extendat ad omnia venialia recensenda.

Dico 2. non est tamen improbabile quod possit 2. modo, scilicet indirectè præcipere confessionem venialium, scilicet præcipiendo vsum huius Sacramenti, etiam quo casu homo non sit sibi conscius peccati mortalis, ita Vasquez supra, Suarez sect. cit. nu. 5. quo casu homo non tenebitur recensere omnia venialia, sed satisfaciet recensendo etiam vnum, quia etiam eo casu potest subsistere Sacramentum. Probat, autem conclusio, quia præceptum ita intellectum est de re honestâ, & piâ, nec videtur posse merito censeri ita graue.

Quidquid sit de potestate, constat non esse tale præceptum pro omnibus fidelibus. Sed num alicui statui in particulari sit impositum, controuertitur inter auctores: in qua quæstione videtur mihi omnino certum Ecclesiam posse hoc secundo modo præcipere religiosi confessionem venialium, etiam si forte non posset vniuersim præcipere omnibus fidelibus, quia tale præceptum non potest censeri nimis rigidum viris profitentibus perfectionem ex libera voluntate, cum ratione professionis possint attringi ad plura, quàm seculares. hoc posito.

Queritur, num reipsâ Benedictinis tale præceptum sit impositum? Affirmat Vasquez dub. 3. cit. nu. 3. Azor 1. p. Moralium li. 7. cap. 40. q. 1. & 2. & alij. Alij negant. Sotus supra. Valentia disp. 7. q. 9.

puncto 3. §. *ceterum*, quod videtur verum, quia in Clementina, *ne in agro*, §. *sanè*, de statu Monacho. Paludanus, non est vllum verbum quod significet strictum præceptum: ita enim habetur: *Vt singuli Monachi saltem semel singulis mensibus ad confessionem accedant*, in agro, & alij. neque satis constat quod id communi vniuersi religionum sit receptum per modum legis obligantis, cum de hoc controuertant Doctores, nec ex alio capite colligi possit obligatio, quod addo, quia licet in capitulo, *omnis vniuersusque*, non videatur esse verbum, quod vi sua rigidum præceptum contineat: tamen ex penâ adiunctâ, ex communi sensu fidelium, ex Trid. sess. 14. cap. 5. colligitur eoloco imponi strictum præceptum in presenti autem nihil habemus simile. Aduerte aliquos agnoscere præceptum censere eius violationem solum esse venialem, sed minus bene, cum materia præcepti, scilicet vniuersi Sacramenti sit grauis. Confir. qui vult singulis mensibus confiteri, mortaliter peccaret vel semel omittendo absque causâ, ergo.

QVÆSTIO IV.

De qualitate confessionis.

DVBIVM I.

Vtrum confessio sacramentalis possit esse secreta, seu secretò insitum?

PER secretam in presenti intelligimus eam, quæ fit sacerdoti sine testibus. Caluinus lib. 3. institutionum cap. 4. §. 7. quamuis generatim velit confessionem esse humanum inuentum, eiusque vsum esse liberum: præcipit tamen improbat, & irridet confessionem secretam, cui consentiunt nostri temporis hæretici.

Aliqui scholastici & contrariò ita existimant confessionem debere secretò insitui, vt si publicè institueretur, non esset sacramentalis, videri potest Scotus dist. 17. q. vnica §. ad argumenta post mediam. Resp. &

Dico 1. confessio sacramentalis potest secretò insitui, est de fide, definitur à Trid. sess. 14. canone 6. vbi dicitur anathema asserenti modum secreti confitendi soli sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuentum esse humanum, ex quâ definitione habemus primò, hunc modum confitendi non esse alienum ab institutione huius Sacramenti. 2. esse licitum, cum id non possit dici illicitum, quod Ecclesia à sui exordio obseruauit. 3. non esse recens inuentum, cum ab initio Ecclesie fuerit obseruatum, idem patet ex cap. 5. eiusdem sess.

Probat, 1. confessio secreta sufficit ad veram sui accusationem, & vt sacerdos possit ferre verum iudicium, igitur alia non est necessaria, consequentia probatur, quia, vt ex Trid. locis cit. constat, alia nec diuino iure, nec humano est præcepta, neque etiam requiritur ex naturâ huius iudicii, cum hoc iudicium non requiratur testes, nam iudicium reconciliatum, & tendens ad commodum ipsius rei non necessariò testes requirit, ergo neque iudicium poenitentiae eos necessariò requirit: cum nihil impediat, quod minus peccator possit Deo reconciliari, & veniam peccatorum ob-

tinere

tinere, etiam si solus sacerdos ejus statum no-
uerit.

Probatur 2. non est verisimile Christum præcep-
tisse eum confitendi modum, qui ex rei natura
non requiritur, & habet multa incommoda ad-
iuncta, propter quæ confessio redderetur quodam-
modo intolerabilis, cum præceptum confessionis
sit datum communitati, in quâ maior pars est pu-
silla, igitur non præcepit publicam confessionem,
ex quâ homines plurimum grauarentur, nam ho-
mo teneretur etiam inuitus sæpe se de grauissimis
peccatis infamare, ex eo etiam confessionis modo
posset sequi grauissimæ perturbationes in repu-
blicâ, cum recensentur occulta adulteria, homi-
cidia, proditioes occultæ, vel earum conatus,
quod patet ex confessione fœminæ tempore Ne-
ctarij. hæc & similia parent, quia homo diuino
præcepto, & per se loquendo debet omnia morta-
lia quoad speciem, & numerum recensere. si ergo
eodem præcepto teneretur eadem publicè recen-
sere, incommoda allata sequerentur, quæ sanè non
essent leuia in genere humano præterquam quod
inde homo exponeretur apertissimo vitæ peri-
culo.

Probatur 3. si publica confessio esset de neces-
sitate Sacramenti pœnitentiæ, Ecclesia, in quâ ab
initio vsque ad hæc tempora fuit vsus secretæ, ver-
saretur in intolerabili errore.

Ex his autem & potissimum ex cap. 5. Trid. cit.
habetur neque ab Ecclesiâ præceptum esse publi-
cam confessionem, imò, vt Trid. suprâ, neque ali-
quâ humanâ lege satis consultè præcipi posse, præ-
sertim quoad secreta peccata. quoad publica præ-
cipi posset, & videtur olim factum ex iudicio Pœ-
nitentiarij ad id designati.

Dico 2. non etiam repugnat institutioni confes-
sionis, vel diuino aut humano præcepto, quod ea
publicè instituitur. tenent communiter Doctores,
& patet ex Trid. cap. 5. cit.

Probatur etiam ex eo quod accusatio etiam
tendens ad reconciliationem possit hoc modo in-
stitui, nec ex vilo loco contrarium in hac materia
habemus. confirmatur ex vsu; interdum enim ho-
mo confitetur per interpretem, & super tali con-
fessione impenditur absolutio, quæ non potest dici
non esse sacramentalis, cum id sit contra sensum
Ecclesiæ.

Aduerte quod licet, per se loquendo, hic modus
non sit illicitus; per accidens tamen possit esse il-
licitus, vt si publicè recitarentur occulta peccata,
quæ alios possent valde perturbare, vel scandaliza-
re. vnde si quis ob maiorem suam humiliationem,
& confusionem vellet publicam confessionem in-
stituere, deberet omnino prudenter procedere
ad euitanda varia incommoda. cum verò ea pru-
dentia non ita possit passim in fidelibus inueniri,
imò & in plerisque confessorijs, non videtur con-
sultum publicam confessionem passim instituere
propter varia incommoda.

Cum hic modus non repugnet diuinæ institu-
tioni, vel præcepto, peti potest, an si quis non pos-
set aliter confessionem instituere, teneretur eum
modum assumere ad satisfaciendum diuino con-
fessionis præcepto?

Resp. negatiuè. quia Christus noluit astringere
ad modum tam rigidum, solum vt præcepto satis-
fieret. ex quo sequitur quod nemo teneatur con-
fiteri per interpretem, vel per scriptum, vt diuino
præcepto satisfaciatur, & multò minùs, vt satisfaciatur
humano, quia etiam tales modi confessionis sunt

nimis graues, & ex eis varia incommoda sequi pos-
sunt. videri potest Victoria num. 172. & 173. qui
plures citat peculiariter pro eâ parte, quod nemo
teneatur scripto confiteri, cui consentit Valentia
disp. 7. q. 11. puncto 1. §. *præterea asserimus tertio*, Sa-
verbo confessio num. 13. videri etiam potest Na-
uarrus cap. 21. summa num. 36. & plures quos ci-
tat Vasquez q. 91 art. 4. dubio 5. quamuis ille cum
quibusdam alijs contrarium sentiat.

Dixi ad satisfaciendum præcepta, quia si quis in pe-
riculo mortis constitutus non possit se facile exci-
tare ad contritionem, nec possit secretam confes-
sionem instituere, tenebitur publicè confiteri, ne
suam salutem in discrimen adducat, & vt Deo re-
concilietur, eo tamen casu tacitis peccatis grauioribus,
quæ infamiam possent generare, potest ea
recensere, quæ vel non causant, vel saltem causant
minorem infamiam. quia varijs casibus ad vitan-
dum aliquod notabile suum, vel alterius malum
licet aliqua omittere, ergo etiam in præsentia, in
quo non obstat defectu integritatis materialis
ex iustâ causâ confessio erit formaliter integra, &
recipietur fructus absolutionis, si concipiatur at-
ritio de peccatis, quæ reticentur.

In periculo
mortis pos-
set quis te-
neri ad cō-
fessionem
publicam.

D V B I V M II.

*Utrum sit de ratione confessionis, vt fiat
voce humanâ?*

69.

Responsum negatiuè. potest colligi ex Aug. libr. i.
de adulterinis coniugijs cap. ultimo, & ex
Leone epist. 91. probatur ex eo quod neque ex na-
tura accusationis id possit solidè colligi, neque
colligatur ex sententiâ, neque ex vilo iure diuino.
Confir. si requireretur, vt confessio fieret voce hu-
mana, muti non possent sacramentaliter confiteri,
quod est contra sensum Ecclesiæ & proxim. imò
si quis non possit aliter confiteri ad implendum
præceptum annuæ confessionis, teneretur confiteri
nutibus, & gestibus, si possit ea signa secretè ex-
hibere, similiter si ægrotus priuatus vsu linguæ ex-
hibeat doloris signa, ostendatque se desiderare, vt
sibi impendatur absolutio, ea non potest denegari,
quia talis confitetur prout potest.

Dices, Concilium Flor. agens de secundâ parte
materiæ Sacramenti pœnitentiæ ponit oris con-
fessionem.

Obiectio
ex Florent.

Resp. Concilium solum voluisse recensere mo-
dum confessionis vsitatissimum, & præcipuum,
non verò significasse necessariam esse oris confes-
sionem, vt sit sacramentalis.

Resp.

Quod cum ita sit petitur, an sit peccatum ali-
ter confiteri quando confessio voce humana po-
test institui, quæ immediatè ab ipso pœnitente di-
rigatur ad sacerdotem. Ex dictis facillè patet con-
fessionem posse tribus alijs modis institui, scilicet
nutu, vel gestu, 2. scripto, 3. per interpretem. hoc
præmissis

70.

Dico 1. esse peccatum, & quidem, per se lo-
quendo, mortale solo nutu & gestu confiteri.

Conclusio.

Probatur, quia consuetudo videtur obligare vt
quando commodè fieri potest, fiat confessio voce
humanâ, eo quod verba inter signa principem lo-
cum obtineant, vnde cum materia sit grauis, per se gestu,
loquendo, obligatio est sub mortali. Confir. con-
fessio debet esse distincta, in quâ explicetur distin-
ctè peccata quoad speciem, & numerum, prout potest
pœnitens; si autem rei naturam spectes, id minùs

Conclusio.
mortale
est, per se
loquendo,
confiteri
nutu, vel
gestu.

H h h 3

commodè

D V B I V M III.

Utrum sit de ratione confessionis sacramentalis ut sacerdos in praesentia penitentis eius confessionem audiat?

SE V, utrum ita sit necessarium ut penitens confiteatur sacerdoti praesenti, ut confessio aliter instituta nullo modo sortiatur rationem confessionis sacramentalis, & proinde tali casu Sacramentum sit futurum invalidum? v. g. si quis per nuntium, vel litteras ad sacerdotes Missas confiteatur absenti, a quo praesente absolvetur.

Duplex est hac de re sententia.

Prior affirmat. Victoria num. 171. Canus relect. 5. de penitentia §. alterum quod in eodem quinto argumentum, & sequentibus. Sotus dist. 18. q. 2. art. 6. §. & quidem. & plures alij, potissimum varientiores propter decretum Clementis Octavi, de quo infra V. Iquez q. 91. art. 4. dubio 2.

Posterior negat Palud. in 4. dist. 17. q. 2. art. 1. Adrianus q. 1. de confessione ad 3. Angelus verbo confessio 4. num. 8. Sylvest. verbo confessor 3. q. 13. Ioan. Medina cod. de confessione q. 15. §. quantum dist. 1. Tolet. libr. 3. cap. 8. Henriquez lib. 2. de penitentia cap. 2. num. 7. Valentia disp. 7. q. 11. puncto 1. §. argue huc quidem, & plurimi passim citari soliti, & quidam etiam recentiores, qui post decretum Clementis Octavi scripserunt, siue defensa Louanij anno 1607. 12. Augusti praefide eximio Domino M. N. Ioanne Clario Sacrae Theologiae Doctore.

Respondeo, & Dico videri probabilius talem modum confitendi non repugnare naturae Sacramenti penitentiae, & confessionis sacramentalis.

Probat 1. non repugnat naturae accusationis in genere, & naturae iudicii quod accusatio fiat in absentia iudicis, neque etiam videtur possessio ostendi quod hac conditio repugnet institutioni huius Sacramenti, & diuino praecepto, seu non potest facile ostendi, quod Christus voluerit eum confiteri in praesentia sacerdotis ad hoc, ut validum esset penitentiae Sacramentum, nihil enim simile potest colligi vel ex Scriptura, vel ex sensu Ecclesiae, igitur non est, quod cogamur asserere hunc modum repugnare naturae, & valere Sacramenti penitentiae.

Confirm. nisi ex certis principiis Theologicis teneamur aliquid peculiare asserere pro hoc Sacramento, quoad confessionem, possumus asserere eum modum confitendi esse sufficientem ad validam absolutionem, qui in iudiciis humanis censetur sufficiens ad sententiam valide ferendam, cum hoc Sacramentum sit institutum per modum iudicii, quemadmodum bene colligimus id solum requiri ad valorem matrimonij etiam Sacramenti, quod sufficit ad rationem contractus civilis matrimonialis, quia ratio Sacramenti in eo fundatur in contractu civili, seu quia Christus Dominus ipsum civilem contractum matrimonij eleuauit ad rationem Sacramenti, quando celebratur inter personas capaces Sacramenti.

Probat 2. confessio praedicto modo instituta potest esse dolorosa, & per eam potest itatus penitentis sufficere explicari, quantum fert necessitas, ergo praedictus modus sufficit ad rationem confessionis sacramentalis, cum ratio confessionis, etiam quae tendit ad reconciliationem, secundum se

commodè fieri potest per nutus, & gestus, quamuis per accidens aliquis possit sese hac ratione distinctè explicare, vnde est grauis inordinatio eum modum assumere, saltem pro confessione integrâ, vel multorum mortalium.

Replica.

Dices, non videtur mortale confessionem venialium hoc modo instituire.

Resp.

Resp. negando assumptum: quia introductâ semel consuetudine voce humanâ confitendi, & quidem sub mortali, grauis est deordinatio ab eâ deficere in totâ confessione, & accusandi modo, quia totalis confessio in genere moris constituit materiam grauem, cum in suo ordine constituat integram materiam Sacramenti.

71.

Conclus. 2. Etiam est mortale confiteri scripto. Soti sententia singularis.

Dico 2. videri etiam mortale per se loquendo confessionem scripto instituire propter eandem consuetudinem vim legis obtinentem, idque videntur communiter sentire Doctores, licet Sotus dist. 18. q. 2. art. 6. §. argue huc fortasse, existimet non futurum mortale, si seposito scandalo, & contemptu aliquis scripto confiteatur, sed non iudico in re graui recedendum à communi sententiâ, cum materia sit sufficiens ad malitiam mortalem in actum transfundendam, & consuetudo videatur ita obligare.

72.

Casus aliquot quibus licet confiteri scripto.

Dixi, per se loquendo, quia per accidens potest aliquis excusari à peccato, confitendo scripto, vel interdum à mortali. existimo enim eum esse immunem à peccato qui propter notabilem loquendi difficultatem praebet scriptum, in quo eius peccata continentur, nec teneri legenti sacerdoti annuere, quia dando scriptum in illis circumstantiis censetur dare animo se accusandi, atque adeo se accusare, dum alteri legenti praesens est &c.

Existimo etiam esse immunem à peccato eum, qui propter scrupulos non potest sua peccata distinctè efferre sine frequenti repetitione, noua adfectione, ita ut confessarius non possit facile iudicium ferre de specie, vel numero peccatorum, quia eo casu ad maiorem noticiam expediret scripto confiteri. vnde confessarius, qui nosset suum penitentem ita scrupulosum, posset acceptâ eius chartâ legere eius peccata, & ijs lectis absolutionem impendere.

3. Si quis praereverendia vix auderet aliquod genus peccati voce explicare, non videretur redarguendus peccati, si illud scripto confessario traderet, qui modus in puellis facilior locum habere potest, quæ ex conditione sexus, & ætatis magis sunt verecundæ. videri potest Canus relect. 5. de penitentia §. at existit hinc, Valentia disp. 7. q. 11. puncto 1. in fine. Suarez disp. 21. sect. 3. num. 6. Valquez q. 91. art. 4. dubio 4. sub finem & alij.

Canus. Valent. Suar. Vasq.

4. Leuitas materie potest etiam excusare à mortali, ut si quis iam sine causâ vnum, vel alterum peccatum scripto tradat, modo nō sit integra confessio, quia quando non continent totam confessionem, in ratione recitabilis non censentur constituit grauem materiam.

Conclus. 3. Est etiam mortale confiteri per interpretem sine causâ.

Dico 3. similiter per se loquendo videtur peccatum mortale confiteri per interpretem, quia ex vsu penitens debet suam accusationem immediatè dirigere ad sacerdotem: ex causâ tamen id licet, ut si quis idiomaticis ignarus non possit aliter in certo loco confiteri.

non requirit aliud, & ut paulo antè dictum est, non possit facile ostendi confessionem sacramentalem, quantum attinet ad præsens institutum, aliud requirere præter id, quod natura accusationis iudicialis requirit, contra resolutionem

Obiicitur 1. Augustinus lib. de verâ, & falsâ pœnitentiâ cap. 10. dicens: *Præcepit Dominus mundatâ, ut ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali præsentia consistenda peccata, non per nuntium, non per scriptum manifestanda.*

Resp. merito dubitari, num hic liber sit Augustini: eo tamen neglecto dico auctorem per hanc sententiam nolle confessionem aliter institutam non posse esse sacramentalem, sed solum velle, quod quantum fieri potest, confessio in præsentia instituat, quod infra docebimus, vt videlicet ipsa erubescens partem habeat remissionis, videri potest Ioan. Medina suprà, Nauarrus cap. 21. summa num. 36. & cap. 20. num. 14.

Confr. communi sententiâ confessio non redditur eo ipso irrita, quod scripto instituat, vt suprà docuimus, cum tamen auctor etiam de eo casu loquatur.

Obiicitur 2. in casu relato neque pœnitens confitetur nuntio, neque nuntius sacerdoti, igitur non potest illo modo censeri confessio sacramentalis.

Resp. negando consequentiam: quia pœnitens per nuntium, vel per litteras confitetur sacerdoti: quemadmodum enim is, qui per internuntium aliquid alteri significat, dicitur illi significare, & sum conceptum ad illum dirigere, ita & qui per internuntium confitetur, dicendus est confiteri sacerdoti, ad quem nuntium dirigit.

Confr. qui confitetur per interpretem dicitur confiteri sacerdoti, scilicet per interpretem, quia nuntium per hunc suum conceptum dirigit ad sacerdotem, cum tamen immediate loquatur cum interprete, pro quo

Notandum confessionem esse in genere signi ad alterum directi, & ratione cuius possumus dici nostrum statum alteri manifestare, & cum illo agere, atque adeo de eâ iudicandum, sicut de aliis signis, quibus homines inter se agere possunt, & dicuntur, nisi ex altioribus principiis de ea peculiare aliquid debeamus asserere: constat autem inter homines signa non solum censeri dirigi ad alterum, quando nulla persona, vel re intermedia cum eodem tractamus, sed etiam, quando mediante persona, vel re tanquam instrumento nobis extrinseco, vnde communi iudicio dicuntur inter se contrahere, qui contrahunt per procuratorem, vt qui vendunt per alium &c. dicuntur inter se agere qui agunt per litteras, ergo in præsentia iuxta commune iudicium, verè dicendus est confiteri sacerdoti, qui id facit per internuntium, vel per litteras, cum ergo non videatur ostendi talem modum iure diuino reddere Sacramentum irritum, probabile est talem confitendi rationem ex rei naturâ, suppositâ Sacramenti institutione, esse validam.

Obiicitur 3. ex tali confessione sacerdos non potest habere moralem certitudinem integritatis confessionis, & dispositionis pœnitentis, ergo talis modus confitendi obstat validitati Sacramenti.

Resp. quoad integritatem posse habere sufficientem certitudinem: quemadmodum enim potest habere moralem certitudinem, quando immediate fit illi confessio, potest etiam habere, quando instituitur per litteras, vel etiam internuntium, cum his modis non minus possit aliquis distinctè statum explicare, quam si immediate loque-

retur sacerdoti. **Confr.** sufficiens certitudo habetur, quando confessio instituitur per interpretem, quidni haberi possit per litteras? Quoad certitudinem de dispositione pœnitentis: **Resp.** vt ita sit, quod ille modus confitendi non reddat sacerdotem ita certum de dispositione pœnitentis, negari tamen propterea reddere confessionem inuálidam, & ita negari consequentiam argumenti, inde enim tantum concluditur sacerdotem eo casu absoluentem temere facere, & proinde grauius peccare, non verò concluditur quod absolutio sit nulla, si forte pœnitens in eo modo procedendi non peccet, vt v. g. quia ignorat id sibi non licere, & de cetero confitetur integrè, & legitime dispositus, quam dispositionem non retractauit.

Obiicitur 4. quod Clemens Octauus anno 1602. die 20. Iunii damnauerit hanc propositionem: *Licere per litteras, vel internuntium confessorio absenti sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente al solutionem obtinere.* damnauerit, inquam, tanquam ad minus falsam, temerariam, & scandalosam, ac prohibuerit, præcepitque ne deinceps ista propositio publicis, priuatisque lectionibus, concionibus, congressibus doceatur, neque vnquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur, sub pœna excommunicationis late sententiæ, & aliis arbitrariis. plures propter hoc decretum censent confessionem absenti factam esse nullam, inter quos est Vasquez supra, quia constat decretum non solum intelligi, quando confessio, & simul absolutio in absentia peraguntur, sed etiam si sola confessio fiat absenti, ita vt pœnitens postmodum in præsentia non repetat confessionem, seu propositio non solum in sensu copulato est damnata, sed etiam in diuisiua, & disiunctiua, seu quoad vtrumque membrum seorsim sumptum.

Resp. nihil inde concludi pro inualiditate Sacramenti, quia summus Pontifex solum determinat non licere ita confiteri, atque ita solum damnat, & prohibet praxim, nihil verò decernit de inualiditate absolutionis, quod ipse, et declarauit Cardinali Bellarmino, & Cardinalis significauit Lessio 19. Aprilis anno 1608. addens se idem sentire, scilicet in prædicto decreto non agi de validitate, vel inualiditate absolutionis, quia solum dicitur non licere. hæc omnia à prædicto Patre Lessio partim ad n. scripta sunt Louanium anno 1608. cum ibi agerem; partim sunt annotata occasione conclusionum, quibus anno 1607. ibidem præfederalam, contra quas tanquam contrarias decreto Pontificio quidam insurrexerat, & theses in urbem miserat: vnde prædictum patrem, qui disputationi interfuerat, per litteras rogavi, vt inquireret num theses quidquam contra decretum Pontificium continerent, qui in verbo diserte intellexit Pontificem non voluisse quidquam in alterutram partem decernere quoad absolutionis validitatem.

Dices, si talis confessio sit illicita, ergo erit inualida: quia non potest aliquis instituire validam confessionem, si in eadem mortaliter peccet.

Resp. negando consequentiam, si consequens intelligatur, quantum est ex naturâ, & institutione huius Sacramenti, cum fieri possit, vt aliquis ignorans prædictum modum esse illicitum, ita confiteatur, & quidem integrè, qui de cetero sit dispositus, & proinde validè absoluerit sue sacerdos absolvens in eo peccet, siue ratione ignorantia, vel inaduertentia inculpatè excusetur.

DVBIVM IV.

Num talis modus confitendi sit illicitus?

79.

Resp. affir.

Res p. breuiter esse, patet ex prædicto decreto Clementis Octauī, patet etiam ex sententiā citatā libri de verā, & falsā penitentiā cap. 10. Item ex eo quod grauiter deficiat à communi modo instituendi confessionem, & à communi praxi Ecclesiæ, tum quod per illum modum non satis distincte, commodè explicentur peccata. unde si quis illo modo vtatur saltem quando alium potest adhibere, grauiter peccat, tum denique vniuersalius, quia per illum confitendi modum dispositio penitentis non ita potest confessorio innotescere, & vtrum voluntatem non retractauerit. & proinde tam penitens cupiens absolui ex tali confessione, quam sacerdos absolvens, per se loquendo, grauissimè peccant, ita vt contraria sententia non sit vllā ratione probabilis, vt patet ex prædicto decreto Clementis. sed hinc potest oriri

DVBIVM V.

Vtrum liceat impendere absolutionem sacramentalem egroto periculosè laboranti, qui vocauit sacerdotem vt confiteretur, vel dedit contritionis signa & antequam veniat sacerdos, priuatur usu rationis, nec vllum signum coram eo edere potest?

80.

Res hæc, vt constat, quotidianam praxim habere potest, cum satis constet plurimos egrotos, qui sacerdotem vocauerant, priuari usu rationis, antequam is adueniat, vel saltem nūllum signū posse edere, quo censeantur præsentī confiteri. idem constat sæpe accidere lethaliter vulneratis, qui signa doloris ediderunt, & antequam veniat sacerdos, deficiunt, nec in eius præsentia vllum signum edere possunt. de his & similibus queritur, num possint à sacerdote præsentē absolui?

Negatiua
suadet.
Primò.

Ratio dubitandi sumitur ex prædicto decreto Clementis Octauī, vbi dicitur: *Nec unquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur.*

Secundò.

2. In tali casu non inuenitur vlla confessio, quia solum inuenitur voluntas instituendi confessionem, item solum inuenitur homo peccator, qui non est materia confessionis, cum materia illius sit peccatum commissum post baptismum.

81.

Propter Clementis decretum aliqui ita adhærent parti negatiuæ, vt censeant affirmatiuam nullo modo posse sustineri, neque vllō modo posse ad praxim deduci, ita vt iuxta illos misera anima potius sit permittenda in æternum perire, quam vt tali remedio ei consulatur. quod sanè durum est, si affirmans vel tenuissimam habeat probabilitatis speciem, cum ad succurrendum animæ aliàs perituræ liceat vti in medio, quo alioquin vti non liceret, cum modo non destituatur omni prorsus probabilitatis specie.

82.

Verior est
affirmati-
ua.

Plurimi ergo tenent in prædictis casibus licere absolutionem præsentī impendere, quod omnino verius est.

Probatur 1. ex Conc. Carthaginensi 4. cap. 76. *Is qui penitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium, qui cum audierunt, accipiat penitentiam, & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia, ex Conc. Arausicano 1. can. 11. Subito obmutescens baptizetur, aut penitentiam accipere potest, si voluntatis præsentis testimonium aliorum verbis habet, aut præsentis in suo signo.*

Canus relect. 5. de penitentia §. ad quartum, dupliciter respondet. 1. iis locis non agi de penitentia sacramentali, sed de reconciliatio ab excommunicatione, verum illi responsioni obstat, quod verba Conciliorum sint generalia, non autem restricta ad publicè penitentes, de quibus solis Canus vult ea intelligi.

2. Quod quando quis dicitur solitariè petere penitentiam à sacerdote, communiter accipitur pro penitentia sacramentali, & in præsentī commodè possit ita accipi, cum in iis capitibus nihil cogat aliter accipere, sed circumstantiæ potius suadeant ita sumendum, cum priori loco dicatur: *Et infundatur ori eius Eucharistia*, quod fieri non debet ante premissam sacramentalem confessionem, quando quis cognoscitur fuisse peccator. item priori loco addatur: *Et reconcilietur*, ita vt ponatur penitentia, & reconciliatio per manus impositionem, & proinde posterius possit accipi de reconciliatio cereimoniali vsurpari solita in antiqua penitentia publicā: prius verò possit commodè accipi de penitentia sacramentali.

Confir. quia ex textu patet illa sumi tanquam distincta; si autem distinguantur, non apparet pro quo alio in prædictis circumstantiis sumi possit penitentia.

3. In Concilio Arausicano penitentia coniungitur baptismo, & proinde omnino verius est Concilium velle agere de penitentia sacramentali, cum videatur velle baptismum, & penitentiam esse impertienda obmutescenti, ne in æternum pereat, & videtur loqui conformiter ad id quod habet August. lib. 1. de adulterinis coniugiis capite vltimo, constat autem aliquem posse saluari, quamuis non reconcilietur reconciliatio solum cereimoniali, vel licet non absoluitur ab excommunicatione.

Respondet 2. publicè penitentes solitos sacramentaliter confiteri in die Cinerum: absolutionem verò differri solitam vsque ad diem Cane Domini, ita tamen vt si irgeret mortis periculum, impenderetur absolutio, siue eam nutibus peterent, siue constaret petiisse, quæ responsio minis est conformis eius sententiæ; nam iuxta illam responsionem Canus debet supponere hominem potuisse absolui post sex septimanas ab institutā confessione sine vllā nouā confessione, quod non nisi imprudentissimè fieri potuit, vel certè nouam confessionem interuenisse saltem eorum, quæ interea commissa fuerunt, saltem expressam nutibus, & proinde sufficere huiusmodi signa, de quibus alij testari potuerint.

Probatur 2. eadem sententia ex Leone primo epist. 91. in fine dicente: *Vtrum, vt dixi, etiam talium necessitati ita auxiliandum est, vt nec actio illis penitentia, nec communionis gratia denegetur, si etiam amissio eis vocis officio per indicium integri sensus quæere comprobentur, quod si aliquā egritudine ita fuerint aggrauati, vt quod paulo ante pecebant, sub præsentia sacer-*

dotis significare non valeant, testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debent, ut simul & penitentia, & reconciliationis beneficium consequantur. quo loco Pontifex agit de penitentia sacramentali, de qua in tota epistola egerat. egisse autem de sacramentali ostenditur primo, quia egerat de ea, per quam spes vitae aeternae reparatur, 2. de ea, ad quam non nisi per sacerdotes pervenitur, 3. de ea, cuius defectu aliqui damnantur. haec & similia non possunt intelligi de absolutione ab excommunicatione, vel de reconciliatione caeremoniali, quae per alios quam per sacerdotes potest obtineri, & cuius defectus non impedit ingressum regni caelorum. videri etiam potest sacerdos tale Leonis decimi, tractatu de penitentia cap. ultimo, ubi agitur de confessione infirmi.

Probatur 3. ex eo quod Clemens Octavus dixerit non esse intentionis suae casum praesenti dubio propositum suo decreto comprehendere, quod ex eodem Clemente audiuit Cardin. Bellarminus qui id retulit Lessio die & anno citatis, addens Clementem dixisse se eo casu absoluturum, quod etiam sentiebat idem Cardinalis. idem retulit illustrius Armacanus 16. Aprilis anno 1608. consultus à praedicto Patre Lessio. quia verò huiusmodi testimonia, quae retulerat Collega meus Pater Conink, à quodam renocata sunt in dubium scribente nostros liberaliter citare, ego ipse ad illustrissimum Armacanum mihi ante annos 30. notum Louanij, à quo petij num super ea re aliquid à Clemente Octavo audiisset, cuius testimonium Patri Lessio dedisset, respondit se audivisse, & testimonium dedisse, mihi quae petenti rursus huius rei dedit testimonium suam manu subscriptum anno 1623. 18. Aprilis, quod penes me habeo, & quae sententia defensa fuit Louanij in scholis Theologicis praeside Eximio Domino Clario.

Dices, Pontifex in suo decreto prohibet, ne propositio, quam dubio 3. retulimus, vllò vnquam casu tanquam probabilis defendatur &c. aut ad praxim quovis modo deducatur.

Aliqui censent in casibus à nobis relatis inveniri confessionem, quae sit praesenti, iuxta quorum sententiam cessat omnis ratio dubitandi, & vis argumenti. sed omnia ea responsione, quae non est improbabilis, de qua inf.

Resp. etiam dato, quod confessio fiat absenti, casum non comprehendere decreto Pontificis, quia, ut constat ex dictis, id ipsemet declaravit. sicut ergo, si ab initio apertis verbis hunc casum excepisset, possemus dicere eum praedicto decreto non comprehendendi, ita id possumus dicere, quando re ipsa mentem suam declaravit. Porro Clementem non censuisse casum nostrum suo decreto comprehendendi, quia in eo invenitur confessio praesenti sacerdoti facta, probabiliter ostendi potest, quod sit verius iudicasse de eo casu iuxta communioem theologorum sententiam, atque ante eius decretum passim Doctores censuebant eo casu confessionem fieri absenti, videtur ergo voluisse quod etiam si confessio esset instituta in absentia sacerdotis: tamen is praesens posset super ea confessione absolutionem impendere.

Imò etiam si sua sanctitas disertis verbis mentem suam non expressisset, probabiliter tamen is casus posset excipi: quia non videtur prudenter dici posse, quod Clemens Octavus voluerit repugnare Leoni primo epist. citat. vel etiam August. lib. 1. de adulterinis coniugiis cap. ultimo. nec vi-

detur voluisse in casu extremae necessitatis admittere prolixam probabilitatem sententiae plurimorum Doctorum.

Confit. propositionem, quam damnat, ac prohibet, damnat ac prohibet tanquam temerariam, ac scandalosam: nullum verò scandalum inter fideles merito potest oriri, si in nostro casu homini extremè indigenti sacerdos absolutionem impendat, sed potius natum est oriri scandalum, si non impendat: non potest etiam sacerdos eo casu absolvens dici se temerè gerere, cum non possit censeri iniurius in Sacramentum, etiam si forte nullum esset: quia casus extremae necessitatis varia excusat à peccato, vel temeritate, quae extra illum merito possunt reprehendi. passim censetur illicitum baptizare in materia dubia: & tamen nullus merito reprehendet eum, qui deficiente materia certà in casu necessitatis, quando homo alioquin in aeternum est periturus, utitur dubia, v. g. aqua rosacea.

Quid ergo sibi vult Pontifex per illam particulam, *vllò vnquam casu &c.* Resp. voluisse occurrere praxi periculosa, temeraria, & scandalosa, quae potuisset irrepere ex doctrina aliquorum Theologorum. Quidam enim significabant aliquem posse absenti per scriptum confiteri, etiam extra illum casum extremae necessitatis, ita ut res ad praxim facile deduci potuisset cum summa iniuria Sacramenti, animarum periculo, & fidelium scandalo, quibus incommodis Pontifex prudentissimè per suum decretum occurrit. haec tertia probatio ex sequenti potest confirmari.

Probatur itaque 4. ex rituali Romano Pauli Quinti, de Sacramento penitentiae in ordine ministrandi hoc Sacramentum §. penultimo, ubi dicitur: *Quid si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri vox, & loquela agrum deficiat, nutibus & signis conetur quoad eius fieri poterit, peccata penitentis cognoscere, quibus circumque vel in genere, vel in specie cognitis, vel etiam si confitendi desiderium sine per se, siue per alios ostenderit, absolvens est.* ex quo patet etiam sacramentaliter absolvendum eum, qui ostendit desiderium confessionis instituendae, sed antequam veniret sacerdos, priuatur potestate confitendi.

Ad hunc §. varia respondentur, primò dirrepulsum typographi & deesse particulam, *non*, dicendumque *esse absolvens non est*, quod, ut intellexi, aliqui voluerunt persuadere Gregorio decimoquinto Pauli successor, sed re examinata re-tenta est propositio ut facit, cui non posse addi negationem. probatur 1. ex ipso textu, cuius sensus nullo modo negationem admittit. 2. quia in eo §. videtur respici ad locum Leonis primi citatum, quo loco affirmatur tribuenda absolutionem, ut passim intelligunt authores. 3. cum illa particula, *absolvens est*, vel (iuxta illam responsionem) *absolvens non est*, referatur ad totam propositionem, & singula eius membra, iuxta illam responsionem sequeretur non esse absolvendum etiam eum, quem inter confitendum vox deficit; item eum, qui etiam per se desiderium confitendi ostendit, quae sunt absurda contra omnes Doctores, & communem praxim Ecclesiae.

Aliter respondetur, scilicet Paulum Quintum id posuisse in Rituali tanquam Doctorem priuatim, atque adeo ea in re errasse.

Sed ut cetera taceam, ex bulla Rituali praefixa patet contrarium: nam in ea aperte tradit se proponere rituale ex officio Pastoralis, & omnes hor-

Explicatur
Bulla Pon-
tif.

85.

Prob. 4.
Rituale
Rom.

86.

Responso-
nes variae.

Prima.

Refellitur.

87.

Responso 2.

Refellitur.

tatur.

tatur, ut illo constituto auctoritate Ecclesie Romanæ matris omnium Ecclesiarum in sacris functionibus utantur, unde patet Paulum Quintum tanquam pastorem Ecclesie etiam prædictum paragraphum proposuisse. certè si eà in re errauit, Ecclesia in intolerabili errore versabitur, cum unaquæque particularis Ecclesia possit sese prudenter ei conformare, quidquid fortè aliqui particulares Doctores dicant, quorum auctoritas à pastoribus &c. prudenter minoris fiet, quam vniuersalis pastoris totius Ecclesie.

88.

Responsio. Respondetur, non quidem errasse Pontificem, sed collectorem immemorem decreti Clementis Octau.

Refellitur.

Hæc responsio nullo modo potest subsistere: quia non vnus Rituale collegit, nec leniter res facta est, sed maturè à viris pietate, doctrinâ, prudentiâ præstantibus, ut idem Paulus in sua bullâ; nullo autem modo est verisimile tot graues viros, & in his S. Rom. Cardinales immemores fuisse decreti Clementis Octau, imò videtur dicendum illos expresse posuisse prædictum §. ut constaret Ecclesie casum extremæ necessitatis eiusdem Clementis decreto non comprehendendi, sed in eo sacerdotem præsentem posse absolueri eum, qui, antequam veniret sacerdos, doloris signa dederat, quibus ostenderat se velle confiteri. certè mirum est si tam grauis error in rituale irrepsit, eum non corrigi, utpote toti Ecclesie maximè noxiu, sed potius hic Romæ publicè propugnari: vidi enim theses defensas à quodam Vrbis pastore in congregatione pastorum eiusdem vrbis, in quibus habebatur: *Infirmus non valens aliquod peccatum in particulari exprimere, dummodo det signa contritionis, est sacræ mentaliter absolueudus; imò si nullum valeat huiusmodi dare signum, satis est si antea petijt confessionem. cui conformis est praxis Vrbis.*

Ex his omnibus patet, ut minimu esse probabile licere impendere absolutionem ægroto periclitanti qui voce, signo, vel aliâs ostendit se desiderare absolutionem, & antequam veniat sacerdos incidit in hrenesim, vel vsum linguæ amisit, & quia est probabile, ad id obligari sacerdotem, probatur, quia id potest sine peccato, & charitas in his circumstantiis eum obligat, ut utatur omni medio possibili, dummodo probabili: quia si utatur, non peccat, ut ex dictis patet, nec in hac circumstantia censeri potest iniurius in Sacramentum, illud exponendo periculo nullitatis (si fortè altera sententia esset vera) quia in hac circumstantiâ censetur sese ad hoc permissu habere, & de cætero hoc medio potest probabiliter iuuare animam alioquin in æternum perituram, unde dico in nostro casu, & in circumstantiâ à nobis posita non posse aliquem practicè se conformare alteri sententiæ, quantumuis esset probabilis. quia si de quapiam actione sint probabiles sententiæ, requirente extremâ necessitate proximi, & animâ aliâs fortè in æternum periturâ, charitas nos obligat ut sequamur sententiam suauiore, & si aliter non possumus, consulamus medio etiam dubio animæ extremè indigenti.

89.

Occurrit obiectioni.

Nec refert quod in eo casu non ita possit constare sacerdoti de dispositione penitentis: quia nihilominus non censetur iniurius in Sacramentum, quando non valens habere notitiam perfectiorem, ex hac procedit, ut consulat animæ aliâs fortè in æternum perituræ. Ex dictis patet responsio ad priorem rationem dubitandi sumptam ex decreto Clementis Octau.

90. Respondetur argumentis Adversar.

Ad secundam variâ adhibentur solutiones prima esse potest Ruardi & Elrij quos superiore questione dub. 5. citauimus, confessionem utpote solam partem integram Sacramenti penitentiae non requiri omni casu ut valide, imò & licet impendatur sacramentalis absolutio, verum, ut loco cit. diximus, hæc sententia est improbabilis in fundamento, quod scilicet confessio non sit pars essentialis Sacramenti. hæc igitur reiectâ solutione,

Secunda est in casibus dubij inueniri confessionem, quæ sit in præsentia sacerdotis, dum scilicet alij in præsentia penitentis testantur de præterita eius voluntate, vel de signis penitentiae ab eo editis: censentur enim esse interpretes penitentis, atque adeo ille eo casu censetur instituire confessionem per interpretem in præsentia sacerdotis, & ita sentit Vasquez q. 91. art. 2. dub. 1. num. 32. & quidam alij.

Quamuis autem hæc responsio non sit improbabilis, non videtur omnino satisfacere nam communi hominum iudicio, qui testantur de precedenti voluntate ægroti priuati vfu rationis dum aduenit sacerdos, vel non valentis vlla signa doloris præbere in eius præsentia, non censentur interpretes illius quoad præsentem confessionem, sed solum testes alicuius actus præteriti, ut loquitur Arauscanum cit. & indicat Leo citatus.

2. Interpres, qui est morale instrumentum alterius, communi iudicio & vfu mouetur ab alio vte ratione, dum eius dicta interpretatur: nam principalis per illum alicui tertio loquitur ex iudicio rationis, ergo is qui est priuatus ratione non videtur commodè dici confiteri in præsentia sacerdotis per interpretem, quando aliquis testatur de voluntate eius præterita.

3. Aliquis aduertens suum periculum potest mittere epistolam, in qua sua peccata recenset, ita ut nullus quidquam sciat eâ de re præter eum, & sacerdotem, quo casu sacerdos potest eum absolueri, quamuis nullus possit ei testari de precedenti voluntate.

4. Potest mittere aliquem, qui significet pastori velle eum confiteri, qui cum pastore non redeat, nec quisquam alius de eius voluntate testari possit, quo casu potest etiam absolui.

5. Ante decretum Clementis Doctores communissimè censebant talem modum esse modum instituendi confessionem absenti, nec quidquam est quod solidè contrarium ostendat. certè si in casu dubij confessio conferretur institui præsentem, nihil opus fuisset explicatione Pontificiâ, & cum Pontifex declarauit se non comprehendere suo decreto casum in dubio propositum, intellexit de casu accepto iuxta communem sensum Doctorum, quorum saltem plerique censent eo casu confessionem institui absenti.

Dices, in tali casu potest dici confessio institui præsentem: quamuis enim signa exhibita sint in absentia sacerdotis, penitens tamen censetur permanere in eadem voluntate, cum adest sacerdos, & ita præsentem sese subiicere.

Resp. id dici non posse, quia iuxta illam explicationem rationem nunquam dici posset confessionem factam absenti, quando sacerdos præsens absoluit: quod tamen constat esse falsum ex prædicto decreto Clementis, quod intelligitur etiam diuini, ita ut prohibeat fieri confessionem absenti, quamuis absolutio in præsentia sit danda, in quo aperte supponitur confessionem posse dici fieri absenti, licet absolutio præsentem impendatur.

2. Vt

2. Ut confessio dicatur fieri praesenti, requiritur ut aliquod signum sensibile in praesentia sacerdotis edatur, cum confessio debeat esse quid sensibile; poenitens autem ex suppositione nullum signum edit in praesentia sacerdotis.

Est igitur tertia responsio in casibus dubij inueniri confessionem, quae dirigatur ad sacerdotem absentem. nam qui mittit ad sacerdotem, vel ostendit doloris signa, censetur confessionem inchoare, & eam, prout potest, instituere, ac subiicere materiam, subiiciendo scilicet statum peccatoris, quod sufficit ad valorem Sacramenti, quando aliud praestari non potest, & in nostro casu sufficit ut sacerdos praesens impendat absolutionem, quacumque demum ratione ei innoscat aegrotum velle confiteri, vel doloris signa edidisse.

Ex quibus omnibus amplius patet quod dubio 3. diximus non repugnare rationi confessionis sacramentalis, & valori Sacramenti poenitentiae, quod confessio instituat in absentia sacerdotis.

QVÆSTIO V.

De integritate confessionis.

DVBIVM I.

Utrum confessio debeat esse omnium mortalium?

QVÆSTIO intelligitur, per se loquendo, quia ex communi doctrina Theologorum, & ex infra dicendis satis constat variis casibus posse quendam peccata reticere in confessione saluam substantiam, & veritatem Sacramenti, intelligitur etiam de peccatis mortalibus nunquam legitime clauibus subiicere: nam peccatum semel legitime, & perfecte clauibus subiectum, cuius homo absolutionem est consecutus, non tenetur iterum clauibus subiicere, per se loquendo, & quantum est ex iure diuino ex praecisa institutione Sacramenti. his praemissis, quaeritur num homo teneatur in vna, & eadem confessione recensere omnia mortalia, quorum grauam habet conscientiam? ad quod

Resp. affirm. est de fide definitum in Conc. Trid. sess. 14. can. 7. & 8. traditurque cap. 5. eiusdem sessionis, traditur etiam in Concilio Lateranensi sub Innocentio tertio, & refertur cap. omnis vtriusque, de poenitentiis, & remissionibus, & in Florentino decreto de Sacramentis. videri etiam potest propositio 3. & 4. damnata Petri Oxoniensis.

Probatur 1. ex Patribus qui id satis indicant. Ambrosio lib. 2. de poenitentia cap. 6. dicente: Si quis iustificari, satere delictum tuum, soluit enim criminum nexum. reuerenda confessio peccatorum, quod intelligit de confessione faciendam in specie. Hieron. in cap. 16. Matthaei: Alligat, vel soluit Episcopus, & presbyter &c. sed pro officio suo, cum peccatorum audiret, & iudicaret, scit qui ligandus sit, quique soluendus. Bernardus sermone 16, in Cantica: Omne quod remordet conscientiam, confitere humiliter, pure, fideliter.

Probatur 2. ex sensu totius Ecclesiae. nam, ut Tridentinum cap. 5. cit. docet, Ecclesia semper intellexit institutam esse à Domino integram peccatorum confessionem, & omnibus post baptismum lapsis iure diuino necessariam existere, quod etiam definit can. 7. & 8. cit. ex quibus locis patet

eam necessitatem esse iuris diuini, praesertim cum, ut patet ex eodem Concilio, & variis patribus, Cyrillano sermone de lapsis, Bernardo cit. opus sit recensere etiam peccata occultissima, & quae in opus externum non prodeunt, quod Ecclesia neuiquam potuisset praecipere, si non fuisset diuino iure praecceptum.

Probatur 3. ex institutione huius Sacramenti. Christus Dominus instituit hoc Sacramentum per modum iudicii dans sacerdotibus potestatem remittendi, & retinendi peccata, non pro arbitrio, sed pro officio, ut Hieron. supra, quod non possunt prudenter facere sine causae cognitione, igitur necesse est causam illis explicare, idque integre quantum homo potest meminisse, cum non sit dicendus causam exponere, qui sciens, & volens aliquid reticet, & sacerdos non possit iudicium ferre de eo, quod illi non explicatur, & subiicitur, item constat erecto hoc tribunali in Ecclesia nullum peccatum commissum post baptismum remitti absque ordine ad illud, cum ergo omnia, & singula, per se loquendo, clauibus sint subiicienda, omnino dicendum Christum instituisse, ut homo in vna, & eadem confessione subiiciat omnia quorum habet conscientiam, consequentia probatur, per se loquendo homo debet ab omnibus directe absolui; non potest autem absolui directe ab eo quod non subiicit, quia sacerdos non potest ferre sententiam de eo, quod illi non subiicitur. praeterea non est dignus absolui ab vno peccato mortali, qui sine causa aliud mortale reticet. vnde praclare Trident. cap. 5. cit. Qui scienter aliqua retinent, nihil diuinae bonitati per sacerdotem remittendum proponunt.

Ex dictis patet nullam futuram absolutionem si quis sine causa peccatum aliquod mortale in confessione reticeat.

Dices, constat variis casibus valide, & licite impendi absolutionem, quamuis non explicentur omnia mortalia. 1. si iusta de causa aliquod mortale in specie reticeatur. 2. si post inchoatam confessionem, etiam in qua homo solam dixerit se peccasse, incidat in deliquium & mortis periculum. 3. si in mortis periculo constitutus praebet aliqua doloris signa, ergo signum est hoc iudicium non requirere omnimodam, & particularem causae notitiam, & proinde ex conditione huius iudicii non posse colligi hominem iure diuino teneri ad integram peccatorum confessionem, quae eius animam grauant. consequentia probatur, si natura huius iudicii id requireret, impotentia id praestandi non redderet absolutionem validam, futuram alias inuolidam.

Confirm. particularis confessio videtur requiri ut sacerdos tanquam iudex comparet causae notitiam, ut prudenter sententiam ferat. sed primum ad valorem absolutionis non requiritur ut ea prudenter sit lata. secundum, ex iam allatis patet sacerdotem posse prudenter ferre sententiam, licet non habeat exactam, & particularem notitiam status poenitentis. 3. interdum sacerdos non ita potest iudicare de peccatis sibi in confessione explicatis.

Resp. concedendo antecedens argumenti, negando consequentiam, si consequens intelligatur, per se loquendo, & quantum fieri potest ex parte poenitentis, negando etiam eiusdem consequentiae probationem. pro quo

Notandum quod licet ad condemnandum ita requiratur notitia causae, ut vnde cumque contingat illam non comparari, reus iudicari & condemnari